



Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXX. † Sancti Huberti apud Tuitienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

mus de raculorum famam populi concursus
Iuliac. prope indiscretus, vt inhiberi debuerit
Anno à Theodorico Archiepiscopo, suaden-
1335. te id legato Pontificis: prout auctor est
Sedit Gerhardus Haderuicensis, supra in cru-
Theodo ce S. Gereonis à me citatus.

rus de
Morsa
Anno
1414.

XXX. ✠

SANCTI HERIBERTI
apud Tuitienses.

INter miraculosas quoq; Cruces est
 illa numeranda, quæ, teste B. Ruper-
 to Tuitiensi Abbate, nulla ex arbore
 sculpi poterat, præterquam eà ex pyro,
 in cuius contemplatione S. Heriberto
 vera Christi Crucifixi species se exhi-
 buerat. *Cru* *ex alia* *arbore* *strui nō* *pōt, quā* *ex pyro* *reuela-*
ta B. *Heri-*
berto. *berat.* *Accidit,* inquit B. Rupertus, &
aliud, quod similiter non est prætereundum,
 neque ratione vacare putandum. Nam vir Do-
 mini, statim vt Ecclesia fundamenta iecit, Cru-
 cem Dominicam, quæ ibidem statueretur for-
 mari præcepit. Artifices verò vigilanter quidem
 institerunt, vt præceptum perficeretur: sed
 nullo modo diligentiam sequebatur effectus,
 Quotidie reiectis alijs, alia ligna cadebant, &
 nullatenus ex quolibet ligno quamuis electo sua
 artis

artis officium peragere valebant. Multo igitur labore, sed & maiori defessi tadio, omnino ab huiusmodi opere desistere decreuerunt. Quadam vero die, vir Beatus in quanda m deuenerat possessionem ad se pertinentem, mensaq; illi, iussu ipsius in pomario, quod domui suæ cōtiguum erat, parata est. Stabat pirus ex aduerso in altum porrecta, quæ ramis deductis, immo quasi brachijs distentis quodammodo, Domini effigiem manus in cruce expandentis, imitari videbatur. Cum itaq; sedens oculos, inter prandendum, fortuitis motibus deduceret: ecce tales effigies in arbore illa repente sese obiecit, miroq; modo ad primum intuitum quædam terrorem diuinum animo eius incussit. Nec mora, factò præ oculis illo familiari sibi signo Crucis, totus in se rediens rem diuinitus præuisam, suisq; oculis oblatam esse prudenter intellexit. Statim igitur, accersito Artifice, arborem illam succidi, & ex ea Crucem Dominicam, & in ea Saluatoris imaginem diligenter formari imperat; paruit ille, & compendio, satiq; efficaciter artem operis elegantia secuta est. Quid ex factò huiusmodi conijci potest nunquid de lignis, aut truncis Deo cura est; Vt iudicare debeat quod vel quale lignum sibi eligat aut eligere debuerit artifex. Sed reuera est aliud vnde

curat Deus, quod prudens auditor non inutiliter secundum hanc similitudinem contempletur. Nam signum Crucis, vel imaginem in recordationem Saluatoris Christianus veneratur populus, subleuatam ante oculos sicut Moyses in deserto serpentem aneum pro signo exaltauit, imitari honore secundarij debent pastores, quos spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam suo sanguine acquisiuit, vt vice Christi honorentur, quos vicem constat agere Christi, nimirum non humana presumptione, ad Dispensationem domus Dei sunt intrudendi, sed electione Dei vocandi, vt videlicet ille constituitur, quem Deus elegerit, quem vt praesse mereatur, Deus velut operarium suum dignum spiritu sancto demonstrare dignatus sit. Recte ergo huius veritatis, huius diuinae electionis meminisse nos facit res ipsa quae poenè similiter accidit, dum non qualecunq; lignum, non quodcunq; volebant artifices, sed quod nutu diuino monstratum est, ad huius modi operis effectum perducere potuit.

XXXI. ✠

IN CAMPO TVITIENSI.

A NNO 1630. 25. Augusti, famuli duo
agrestes, cum Tuitio poti nonni-
hil,